



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per
sedem Apostolicam**

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Antonius Rubenstadius. Stalberio horlepompiano. S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

parare iudeis. Quid sacratissimas apostolice sedis indulgentias
permerclare. quid cū diuino salvatoris nostri corpore iocari. rīsum
qz alijs in frontispicio nostrarū epistolarū mouere contendimus.

Emendemus itaqz vitam nostram in melius. qui scienter
delinquimus. Quippe si infames nostre epistole in lucem edite nō
fuissent. Itemqz si neqz Georgij dialogus. neqz prefatōnes duo. z
alia quedā impressa forent. diu fortasse causa nostri Capnionis vt
tro ac citro cū honore omniū sopia fuisse. Vale. Ex rure subur/
bano z mecū resipisce.

¶ Antonius Rubenstadius. Stalberio horlepompiano. S.
Nequaqz vltra Sauromathas nobis aufugiendum est Inter
nos z offaz multa cadūt Non vnius dumtaxat hominis psl/
lium sequi debemus. festinādum tarde ne Seneca presago Ue/
lox cōsiliū sequatur penitentia. Aliud nobis superest fugitiuariz
Blanco etēm duce Circes domū. haud longea Laieta campanie
oppido inquiramus. vt ab ea in cruentissimas mutati bestias the
ologos qz primū deuoremus. Simile em̄ priscis factū fuisse tēpo
rīo tum Homerus ipē philomites. tum poete ad vnu omnes at/
testantur. Utinā viginti cubitorum dracones essemus. de quibus
apud Pliniū legitur. lōge profecto melius sese res nostre haterēt.
Fuge collusione Daubengigelij z Simpriani. Soli quo volūt
abeāt. nec nos amplius perturbent. Vale. Datū frācfordie.

¶ Stalberius Rubenstadio. S.
Longe mihi alia mens est pater honorande. Nemo nostruz
quoqz perga. nemo montes caspios. nemo Sauromathas
nemo Circes montē petat. Monoculus ego sum z lippus. ocu/
laritn Capnionis speculo supra nasum meuz posito. vos erroribꝫ
video implicatos. Legi apud hesioduz in theogonia Protheum
oceani z tethyos filium. in varias sese olim formas transmutasse.
Hūc colamus deū. huic porcos z asinos offeramus. vt delusis the
ologorū oculis. bestiarū dumtaxat formā habere videamur. vt sub
tali velamento. nihil qd aduersarijs placeat pagamus. Quo facto
tum varie eludent species atqz ora feraz. Alius em̄ subito fiet sus
horridus atraz tigris. Squamosuz draco z fulua ceruice leena.
Hec Vergilius. Vale. Datū Cracouie.

¶ Doctor Brillus. Stalberio rubenstadio
ac ceteris amicis. S.p.d.

¶ Cuid alios imprudentie accusas. quū tu sis vñ^o omniū qui
vivant insipientissim⁹. qz tamē in tenebris plus uno vide/
as oculo qz reliqui in luce duobus. Bestie diu fuitis z crudelissi/
mis quibusqz bestijs longe crudeliores. licet caudas in terrā depen/
dentes. licet asininas aures. licet vrsorū vngulas. aut solidos equo
rum pedes nō habeatis. Alij vestrū dracones sunt. alij pō basilisci

E iii.